

- 76 Post hoc factum, usque ad extremam diem, ejus vitam in profunda humilitate transegit, exemplum Sororibus praebens regularis vitae. „ *Fu in questo stato di oscurità, e di umiltà volontaria, che passò gli ultimi anni della sua vita.* „ (1). Ipsa: „ *continud dopo ciò a dare alla Comunità l'esempio della umiltà, della regolarità, e dell'amore della vita nascosta fino alla sua preziosa morte* „ (2). Ad octogesimum suae aetatis annum cum pervenisset, cum una ex Sororibus in extremis esset, ipsa victimam Deo se obtulit pro incolumitate illius quae in Communitate utilis erat. Omnipotens ejus precem exaudivit, ita ut Soror sanitati illico restituta fuerit, et Dei Ancilla, aegrotare incipiens, post duodecim dies extremum exhalaverit spiritum (3). Eluxit mirum in modum fortitudo ejus et patientia in postremo morbo, et ante obitum cupiebat ut Sorores pia cantica ad Deum extollerent (4). Extrema Ecclesiae Sacramenta devotione maxima suscepit, et post edita praeclara virtutum omnium specimina, tandem die 12 Januarii anni 1700, cum maxima sanctitatis fama, obdormivit in Domino (5).
- 77 Sanctissimam itaque Dei Ancillam jam christifideles Septemprionalis Americae tamquam fortitudinis obedientiae ac humilitatis typum privata veneratione prosequuntur: tanta siquidem sanctitatis fama gaudet apud omnes, ut fideles in ejus meritis vivam fiduciam collocaverint (6). „ *In corde suo (fatetur Martianopolitanus Episcopus) populus regionis Canadensis venerationem pro Serva Dei Margarita Bourgeoys jam profert, propter famam sanctitatis quam de se per opera sua et virtutes christianas reliquit.* Dignetur Sanctitas Vestra preces hujus populi non spernere et gaudium ipsius magnum cumulare. „ Ore suo, quod decreta coeli nobis prodit, Venerabilem eam decernendo „ (7). Merito hinc cum pluribus Ar-

(1) *Summ. Num. XIV. pag. 163 § 7.*

(2) *Summ. Num. III. pag. 70 § 138.*

(3) *Summ. Num. XVII. pag. 188 § 1, 2, 3, alibique.*

(4) *Summ. Num. XVII. pag. 189 § 12 alibique.*

(5) *Summ. Num. XVII. pag. 188 § 4 alibique.*

(6) *Summ. Num. XIX pag, 228 § 2 pag. 229 § 12 alibique.*

(7) *Summ. Addit. Litterae Postulatoriae pag. 4.*